



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Observatramen Clr. I. fin. q.
q.1. vers. sed quid dicendum, & alij
communiter, quod non potest
Papa iurisdictionem ordinariam
conferre principibus laicis in cle-
ricos.

10 Quares, an Monachus, seu Re-
gularis possit esse Vicarius Epi-
scopi? Resp. affirmatiue de lice-
tia tamen sui superioris, dummo-
dò non sit ex ordine mendicantū
Franc: Marc. decif. 999. & decif.
1285. par. 1. quem refert Ricc. in
collect. dec. 2485. par. 6. & in Prax. 2.
for. eccl. par. 2. ref. 351.

SV M M A R I V M:

- 1 Vicarius Episcopi quando pu-
niatur ab ipso Episcopo, & quā-
do à Metropolitano.
- 2 Vicarius qualis constituendus
sit.
- 3 An expediatur, ut Vicarius Epi-
scopi suciuis.

C A P. XL

A quo puniri debeat Vicarius E-
piscopi delinquens in offi-
cio.

I Vicarius Episcopi
ita delinquit in of-
ficio, vt offendat iuris-
dictionem Metro-
politani, puta si il-
lius iurisdictionem spernat, tunc
ab eodem Metropolitano puni-
tur cap. 1 de offic. Vic. in 6. si vero
delinquit in officio præiudican-
do partibus, & iustitia, cognitio

& punitio pertinet ad ipsum Epi-
scopum, qui habet facultatem
à iure, prout quiuis alias magi-
stratus, coercendi officialem sui
appellatione remota t. nulli officia
hū C. quor. appell. non recip. Lotter.
in tract. de re benefic. lib. 1. quest.
22. nū. 100. & seq. quem refert Bar-
bos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 54.
n. 183. & tunc priuari potest officio
Vicariatus, & officij salario
Ricc. in collect. decif. 2836. p. 7. ubi
citat Franc: Marc. decif. 646.

Quare Episcopus viros graues,
ac doctrina, pietate, & religio-
ne præstantes, atque in expedien-
dis litibus, & negotijs diligentes
ad huiusmodi officium eligere
debet, nè quid eorum incaria-
succedat, de quo ipse rationem
fit Deo redditurus. Unde non ex-
pedit eligere exterum ad Vica-
riatum, sed ciuem, in quo præsu-
mitur maior fides, ac diligentia,
& integritas, vt d. Sbroz. de Vic.
Episc. lib. 1. q. 34. & alij, quos referti.
& sequitur Barbos. d. par. 3. all. 54
num. 2. & 3. præsertim si ciuius ef-
fet vir eminentis scientiae, ac pro-
bitatis: tunc enim cessat suspicio,
nè forte amicitia, propinquitate,
gratia, aut metu adductus ius ali-
quo modo quandoque violaret,
minusue liberè diceret: quam
ob causam S. Carolus Vicarios ex-
teros adhibere solebat, vt narrat
Carol: à Basil. S. Petri in eius vita
lib. 7: cap. 36: quem refert Barbos:
ubi supra:

SV M-

